



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo-//nis Episcopi Hal-//berstattensis De
Chri//stianarum rerum memoria li-//bri decem**

Haimo <Halberstadensis>

Coloniae, 1531

VD16 H 224

De Menea[n]dro mago haeretico. Cap. XVI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29805

RERVM MEMO. LIB. III.

scopis, propter hæreticos, qui eo exulanter irruperant
in ecclesias, cum varijs & peruersis dogmatibus. Haec
ergo occasione de nativitate Christi conscribit, pau-
ca de temporalibus eius gestis edifferens, tatum a cœ-
teris euangelistis prosequens omissa. Nam alij quidē
tres, facta domini persequuntur a carcere Iohannis
baptistæ. Hic vero maxime ea quæ primo dominus
per prædicationis tempus gessit ante Iohannis incar-
cerationem. Multa vero de trinitatis & unitatis my-
sterio profundissime insinuat, ut diximus, aduersum
hæreticos, quorum errores tunc pullulauerant.

DE MENANDRO MAGO

& hæretico. Cap. XVI.

SVb eodem nanq̄ tempore Menander quidam,
Simonis magi Samaritani discipulus, & ipse Sa-
marites & mag⁹, blasphemо errore maculat An-
tiochiam, irridens immortalitatem animæ & resurre-
ctionem mortuorum, semetipsum saluatorem homi-
num esse asserens, nec aliter posse vnumquenq; ange-
los seculi vincere, nisi prius a se magicæ artis suscipe-
ret disciplinā, & quod per baptismā a se datum quisq;
sic fieret immortalis: & æternus effectus, in hac vita
fieret perpetuus.

DE EBIONITIS.

hæreticis.

Caput XVII.

HVius quoque discipuli Ebionitæ, sicut alteri-
us sectæ, multos decipiunt, dicentes Christum
purū hominem esse, & cōmuni nativitate ex viro